Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

& loquar israel: & testificabor tibi ds ds tuus
ego sum. Non in sacrificiis tuis arguam te:
holocausta autem tua in conspectu meo sunt
semper. Non accipiam de domo tua uitulos:
neq; de gregibus tuis hircos. Quoniam meæ sunt omnes
ferae siluarum: iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia uolatilia cæli: & pulchritudo
agri mecum est. Si esuriero non dicam tibi:
meus est enim orbis terræ & plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum:
aut sanguinem hircorum potabo: Immola
do sacrificium laudis: & redde altissimo uo
ta tua. Et inuoca me in die tribulationis:
& eruam te: & honorificabis me. Peccatori
autem dixit ds: quare tu enarras iustitias
meas: & assumis testamentum meum per os tuum:
Tu uero odisti disciplinam: & proiecisti ser
mones meos retrorsum. Si uidebas furem
currebas cum eo: & cum adulteris portionem
tuam ponebas. Os tuum habundauit ma
licia: & lingua tua concinnabat dolos. Se